jure, tam consanguineus, id est, frater, quam patruus [1], cæterique legitimi ad pupillarum fœminarum tutelam vocantur. Dat. Kalend. Jul. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

De fratre emancipato.

4. Imp. ANASTASIUS A. Polycarpo P. P.

FRater emancipatus [2], qui in germani sui vel fororis successione omnes inferiores seu prolixiores gradus, non tantum cognatorum [3], sed etiam agnatorum antecedere a nobis pro nostra dispositione jussus est, etiam ad legitimam fratrum & sororum, necnon liberorum fratrum tutelam, quasi minime patris potestate per jus emancipationis relaxatus, si non alia juri cognita excusatione munitus sit, vocari: nec sub prætextu capitis deminutionis alienum ab hujusmodi onere semetipsum esse contendere fancimus. Dat. Kalend. April. JOANNE & PAULINO CONSS. 498.

De minore viginti quinque annis.

5. Imp. JUSTIN. A. Demostheni P. P.

NEmo neque frater, neque alius legitimus in tutelam sive ingenui, sive liberti vocetur, antequam [4] quintum & vicesimum suæ ætatis annum impleat. Immineat enim cuique pro [5] sua tantummodo administratione periculum [6], ne alieno onere alius prægravetur. Sic etenim & pupillis & adultis competens gubernatio inducetur, & naturalis [7] ordo per omnia conservabitur. Cui enim ferendum est eundem [8] esse tutorem, & sub tutela constitui, & iterum eundem esse curatorem, & sub cura agere? Hæc certe & nominum & rerum fœda confusio [9] est. Discretis itaque omnibus, vel dativi, vel legitimi fiant tutores vel curatores hi, qui talis ætatis sunt, cui suarum rerum administratio committitur, quorumque res possunt [10] plenissimo jure hypothecarum [11] teneri. Omnibus [12] quæ de successionibus tam ingenuorum, quam libertorum prioribus legibus disposita sunt, in suo robore duraturis, nec aliquam imminutionem ex præsentis legis sanctione accepturis: maxime in libertorum [13] successionibus: ne videantur ex eo, quod ad [14] tutelæ gravamen non veniunt, successionis emolumentum amittere. Recitata septies [15] in novo consistorio Palatii Justiniani. Dat. 3. Kalend. Novembr. DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. XXXI.

QUI PETANT [16] TUTORES VEL CURATORES.

De litigaturo cum minore.

1. Imp. ANTONINUS A. Chrysanthæ.

ADmone [17] adolescentem adversus quem consistere vis, ut [18] curatores sibi dari postulet, cum quibus secundum juris formam consistas: qui si in petendis his cessabit, potes tu competentem judicem adire, ut in [19] dandis curatoribus officio suo fungatur [20]. PP. 3. Non. Februar. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De liberto.

2. Idem A. Epaphrodito.

PAtroni [21] tui filii si ejus ætatis sunt, ut res eorum per tutores administrari debeant: cura adire Prætorem, & nomina edere, ex quibus tutores constituantur, ne si cessaveris, obsequii deserti periculum subeas. PP. 3. Non. Jul. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De matre.

3. Idem A. Atalantæ.

IN locum tutoris defuncti [22], vel in perpetuum relegati, alium dari tutorem filiis [23] tuis idoneum ex eadem [24] provincia a judice competente postula: qui secundum officium suum utilitatibus eorum providebit. PP. 4. Idib. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De creditore.

4. Idem A. Domnino.

SI filiis debitoris [25] tui non sunt necessarii, qui tutores petant, potes & ipse curare, ut accipiant, per quos legitime defendantur. PP. 3. Id. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De amita.

5. Imp. ALEXANDER A. Fuscianæ.

AMita [26] tutores petere filiis fratris sui non prohibetur. PP. 5. Kal. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De matre.

6. Idem A. Otaciliæ.

MAtris [27] pietas instruere te potest, quos tutores filio tuo petere debes. Sed & observare [28], ne quid secus quam oportet, in re [filii] tui pupilli agatur. † Petendi autem filiis curatores [29] necessitas matribus imposita non est, cum puberes minores annis viginti quinque ipsi sibi curatores, si res eorum exigit, petere debeant. PP. 10. Kal. Octobr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De tutore.

7. Imp. GORDIANUS A. Dionysio.

ADmone [30] eam, quæ quondam pupilla tua fuit, cum eam non tantum viripotentem esse, sed etiam nupsisse proponas, ut sibi petat curatorem. Quod si ea petere neglexerit: quo maturius possis [31] ratione nem reddere administrationis adito eo, cujus super ea [re] notio est, petere curatorem non vetaberis. PP. 6. Id. Jan. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De matre.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Musico.

CUm a matribus [32] fedulum petendi tutoris officium exigatur, nec fortuiti [33] casus impedimentis [34] adscribantur; proponasque procuratorem [35] qui ad petendum pupillo tutorem a matre fuerat consultus a latronibus interfectum [36], petitionem ex necessitate demonstrare esse: ab hereditatis successione matrem repelli, cujus [37] nullum vitium intercessisse afferis, perquam durum est. PP. 5. Id. Mart. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De habente tutorem.

9. Iidem AA. Asclepiodoto.

CUm jure habenti [38] tutorem tutor [39] dari non possit: intelligis [40] matrem [41] non officium pietatis in petendo tutore detersisse, sed jure munitam merito filio suo tutorem non postulare. S. 3. Non. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 290.

De patruo magno.

10. Iidem AA. & CC. Prisco.

NEpotibus fratris tui [42], si eorum mater in petendis tutoribus debito non fungatur officio, petere tutores solenniter potes. S. prid. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De matre.

11. Imp. ZENO A. Dioscoro P. P.

MAtres naturalibus [43] [etiam] filiis ad similitudinem eorum, qui ex justis ac legitimis nuptiis sunt procreati, petendorum tutorum necessitati subjaceant: nulla [44] eis ignorantia juris ad evitanda legibus, vel sacris constitutionibus definita, si petitionem tutorum minus curaverint, profutura. Dat. Kalend. Sept. *Constantinop.* ZENONE A. II. CONS. 479.

TIT. XXXII.

UBI [45] PETANTUR TUTORES, VEL CURATORES.

1. Imp. ANTONINUS A. Aristobulæ.

MAgistratus ejus civitatis [46], unde filii tui originem per conditionem patris ducunt, vel ubi [47] eorum sunt facultates, tutores vel curatores his quam primum secundum formam perpetuam dare curabunt. Quod si filii tui neque possident quicquam in provincia ubi morantur, neque inde originem ducunt, restituti [48] apud patriam suam, & ubi patrimonium habent, morabuntur, & ibi defensores legitimos fortientur. PP. Kalend. Octobr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

---

1 *L. 2. C. Theod. de tut.* ita habet, *in fœminis tutelam legitimam consanguineus patruus non recusat.*

2 Frater emancipatus vocatur ad curam & tutelam fratris, *id est, & l. 5. I. de curatore furiosi*, quemadmodum & ad legitimam ejus hereditatem ex constitutione Anastasii, §. 1. *Instit. de success. cognator. §. ult. in fin. Instit. de servitis cognat. l. ult. ff. de legitim. hered.*

3 Quo vocabulo propriæ intelliguntur fratres fororesque ex eodem patre prognati, prognatæve. vid. Cujac. 11. *obs.* 26.

4 Tutoris aut curatoris munere minor viginti quinque annis fungi non potest. §. 13. *Instit. de excusf. tut.* §. Harmenop. 11. §. 57. §. *ult. Inst. de fiduciaria tut.*

5 Quisque sine administrationis causa obligatur.

6 Onere alieno nemo gravatur.

7 Naturalis ordo conservandus.

8 Incivile est eundem esse tutorem & in alterius tutela constitui. *d.* §. 13.

9 Nominum & rerum fœda est confusio: verbi gratia, eundem tutorem vel curatorem esse, & sub tutela vel cura constitui.

10 Hinc colligunt, Bona minoris viginti quinque annis non obligari, si forte tutelam alterius gesserit. Alii si decreto judicis cesserit, obligari putant: illi eo tantum casu, quo tutæ gestionem sacramento interposito successerit.

11 Bona tutoris pupillo tacite obligata. *l.* 20. *ff. de administr. tut.*

12 Tutores majores omnino viginti quinque annis esse debent, ut etiam res ipsorum obligatæ sint. nullo hinc præjudicio successionibus Patronorum aut cognatorum generando. *Synopsi. Basil.* 37. *tit.* 4. *cap.* 2.

13 *pr. Inst. de legitima patron. tut.*

14 Ubi onus tutelæ, ibi successionis emolumentum. *v. l.* 73. *ff. de reg. jur.*

15 Septimo, dixi *ad l.* 20. *supr. de jure dot.*

16 *L.* 26. *D.* 6. & 3. *C. Theod.* 18.

17 *Sub.* tu creditor pariter, ut *l.* 4. *J. h. t.* & contra minorem nigere debet, uti curatorem ad lites postulet, qui si monitus non petierit, etiam absenti eidem & invito dabitur. *Basil.*

18 *L.* 2. §. 4. *ff. h. t.*

19 Curatores ad litem minores licet inviti accipiunt, *ut tice*, servato tamen hujus legis ordine.

20 Id est, ut etiam invito curator detur.

21 Libertus omittens petere tutores filiis patroni, periculo deferti obsequii subjacet. *Salic. l.* 2. §. 1. *ff. h. t. l.* 19. *ff. de jure patron.*

22 *l.* 7. §. pen. *J. de curator. furiosi.*

23 De matre vide quoque *l.* 6. §. 9. & *ult. J. h. t.*

24 *l.* 5. *J. qui dare tutor. l.* 3. *ff. de tut. & cur. dat.* vel *l.* 1. *in fin. J.* 13. *in fin. ff. de excusf. tut.*

25 Creditor in subsidium ejus tutorem pupillo debitoris sui dari. *l.* 2. §. 3. *ff. h. t. l. ult.* §. 2. *J. de administr. tut.*

26 *l.* 10. *J. de legitim. hered.*

27 *l.* 3. *supr. l.* 8. *J. l.* 2. 9. 1. *ff. h. t. l. ult.* §. 2. *J. de administr. tut. l.* 2. §. 23. *ff. ad SC. Tert.*

28 Mater tutores a se petitos filio observare cogitur, at non legitimos aut testamentarios, ut notatur in *l. matres.* 3. *J. ad SC. Tertyll.* Cynus *in l. ult.* §. *perfonis.* 2. *J. de administr. tut.*

29 Mater punitur, si tutorem impubem non petit, non si curatorem puberi non petit. *l.* 2. §. 29. *ff. ad SC. Tertyll.* & in eo magnum differimen est tutoris & curatoris. De reliquis differentiis, vid. Cujac. 17. *observ.* 7.

30 *Subaudi*, tu debitor (nam mox iequitur, quo maturius possis rationem reddere) ut in *l.* 8. 4. *supr. h. t. creditor.*

31 Tutor vel debitor volens reddere rationem administrationis, potest petere adulto curatorem dari cui reddatur ratio. facit *l.* 7. §. 2. *verf. permittitur etiam. ff. de minorib.* 25. *ann. adde l.* 2. §. 3. *ff. qui pet. tutor.*

32 *L.* 6. §. *h. t.*

33 Fortuiti casus impedimenta non adscribuntur: at casus fortuitus ei non obit, qui quantum potuit diligentiam adhibuit, ut *l.* 9. §. 1. *& feq. ff. si quis cautionibus.* 34 Id est, fortuiti casus non impedimenta voluntaria non cententur: alias fortuiti casus impedimentum præstant, & quidem excusatione dignum, ut hic casus fortuitus superveniens procuratori excusat. minum a contumacia.

35 Tutor peti potest per procuratorem, adde *l.* 2. *in fin. ff. h. t. l. munus.* 43. §. 11. *qui.* 3. *ff. de procur.*

36 Impedimentum superveniens, procuratori ad tutorem petendum missi, matrem excusat. *Salic.* Diligentiam adhibent omnes adhibere debuit, casus fortuitus non debet obesse. Bald. *l.* 2. 8. 43. *ff. ad SC. Tertyll.*

37 Puniri non debet, qui nullo vitio laborat. *l.* 22. *J. de pœn.* 38 *l.* 1. *verf. sed tamen. J. de tut. vel curat. ejjud. l.* 9. *J. qui dare tut. l.* 4. *J. in quib. cauf. tutor. finitur. l.* 27. *ff. de teftam. tut. l.* 13. §. 5. *ff. de excusf. tut.* §. 5. *Instit. de curat.*

39 Curatore tamen dari potest. *l.* 20. *in fin. ff. de tut. & cur. dat.* 40 Quia petitio adversus fiscum institutionem fusficit.

41 Imputari matri non debet, si tutorem filio tutorem jam habenti non petit.

42 Negligente matre patruus magnus, potest petere tutorem dari. facit *l.* 2. *ff. h. t.* mora priorum & proximorum in petendo tutore prorogata ad agnato vel cognato primis & proximis non nocet. *Gaic. Vid. l.* 10. *J. de legitim. hered. l.* 2. 8. *fin. ff. ad SC. Tertyll.* Ant.

43 Mater naturalibus liberis sicuti & legitimis tutorem petere debet, alias eis non succedit.

44 Error juris matrem non excusat, juris scilicet naturalis. *l.* 2. *ff. de in jus vocando.*

45 *L.* 26. *D.* 6.

46 De pupillo, qui originem paternam habet in una civitate, in alia domicilium, in alia patrimonium: Si quæras quis judex sit competens in datione tutore vel curatore: Sic fatio. Originis & domicilii simul judicem competentem esse, & originis ita hic vocabulum accipio, ut in *l.* 17. §. 4. *ff. ad municip.* domicilii vero & utriusque tutoris & curatoris, de quibus dictum est titulo superiore. ad hanc quæstionem patrimonii judici: ut ejus judex competens sit, & domicilii simul & originis. & quidem pupillarium judicibus curatores bonis dari, ut quot judices rerum pupillarium fuerint, tandem curatores possint constitui. ut *l.* 27. *ff. de tutor. & curatoris. dat. l.* 21. §. 2. *ff. excusf. tut.* ad curatores referas. Quid si diutu tutor in loco domicilii, puta Romæ: ibi albi, puta in provincia bonis pupillaribus curator datus fuerit eoque præsente provincialium bonorum alienatio Romæ facta fit? judicium valet. *l.* 5. §. 12. *ff. de rebus eorum, qui sub tut.* ut hinc etiam colligas præsentiam & intervicium curatoris bonorum provincialium requiri, quoties de bonorum provincialium alienatione domicilii in loco agitur. Solent autem in ea re judices urbani literis uti requisitoriis, de quibus *titul.* 4. *C. de diversis rescriptis.* Cæterum ut decretum de bonis provincialibus gerendis fiat, dis Romæ fieri possit, hasce tamen solennitatem apud rerum provincialium judicem celebrari oportebit.

47 Domicilium etiam patrimonii ratione pupillus habet.

48 Nota de restituendis patriæ, atque origini defunctorum liberis.

TIT.

TIT. XXXIII.

DE TUTORIBUS VEL CURATORIBUS ILLUSTRIUM [1], VEL CLARISSIMARUM [2] PERSONARUM.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Proculo Præfecto urbi.

ILlustribus [3] Præfectus urbi [4] adhibitis decem [5] viris e numero Senatus amplissimi, & Prætore [6] clarissimo viro qui tutelaribus cognitionibus præsidet, tutores [curatoresve] ex quolibet ordine idoneos faciat retentari, & sane id libero [7] judicio, expertesque damni constituent judicantes. Et [8] si in regendis pupillaribus substantiis singuli creandorum pares esse non possunt, plures [9] ad hoc [secundum veteres leges] conveniet advocari: ut [10] quem cœtus ille administrandis negotiis pupillorum dignissimum judicabit, sola sententia obtineat Præfecturæ, [super cujus nomine, solemnitate servata, postea [11] per Prætorem interponatur decretum:] Itaque hoc modo remoti a metu, qui consilio affuerint, permanebunt: & parvulis adultisque Clarissimis [12] justa defensio sub hac prudentium deliberatione perveniet.

† Quod [13] tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus [14] neque testamentarii defensores, neque legitimi, vita, ætate, facultatibus suppetunt: Nam ubi forte hujusmodi homines offeruntur, si nihil ad defensionem suis privilegiis comparabunt, ut teneri possint, jure præscribimus. † Cæterum alia quæ in causis minorum antiquis legibus cauta sunt, manere intemerata decernimus.

† In provinciis [15] autem Curiales in nominandis tutoribus & curatoribus clarissimarum personarum exhibeant debitam cautionem, & discriminis sui memores cognoscant, indemnitati minorum obnoxias etiam suas deinceps esse facultates. Dat. 3. Kal. Januar. *Mediolani*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

Occupati circa majora non vocantur ad minora. Bald.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Aureliano Præfecto urbi.

GEnerali lege prospectum est, ne [16] qui ad illustrium [17] Senatorum tutelam curialibus occupati necessitatibus vocentur. Dat. 8. Kal. August. THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

TIT. XXXIV.

QUI [18] DARE [19] TUTORES VEL CURATORES POSSUNT, ET QUI DARI [20] NON POSSUNT [21].

Status controversium passo dari curator potest.

1. Imp. ALEXANDER A. Amphibulo.

CUm tibi in ea ætate constituto, ut si de statu [22] [tuo] constaret, per tutores sive curatores negotia tua administrari deberent, libertatis controversiam fieri alleges: non [ideo] oportuit impediri, quo magis [23] liberali causa ordinatæ, quia interim pro libero habebaris, curator tibi daretur, per quem defendi causa potest. PP. Kalend. Novemb. ALEXANDRO A. CONS. 223.

Maritus uxori curator non datur.

2. Idem A. Artemisiæ.

MAritus [24], etsi rebus uxoris suæ debet affectionem, tamen curator ei [25] creari non potest [26]. PP. Kal. Jul. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Cæco curator non datur.

3. Imp. PHILIPPUS A. Dolenti.

LUminibus [27] captum curatorem haberi [28] debere falso tibi persuasum est. PP. 13. Kal. August. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

Miles tutor vel curator non datur.

4. Idem A. Emerito.

MIlitiæ [29] armatæ muneribus occupatus, neque si legitimus sit, neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo etsi voluerit, tutor vel curator fieri potest: sed si errore ductus res administravererit: negotiorum [30] gestorum actione convenitur. PP. 10. Kal. August. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

Dantis jurisdictioni non subjectus non recte dattur.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Æmilianæ.

NEque a præside alterius [31] provinciæ, neque [a] magistratibus municipalibus tutorem ortum ex alia civitate, nec domicilium, ubi nominatur, habentem, jure dari posse ab eo, cujus jurisdictioni subjectus non est, certissimi juris est. Neque cessatio injuncti perperam [32] officii ad periculum ejus pertinet. S. 12. Kal. Maji, AA. CONSS. 290.

Negligente etiam matre petere tutorem Præses dare debet.

6. Iidem AA. & CC. Leontio.

QUod dicis, matrem [33] filiis tutores nolle petere, super hac re adi præsidem provinciæ: qui si eam neglexisse perspexerit, etiam ipse magistratus dare tutores, vel nomina [34] mittere, ut ab ipso decreto tribui possint, jubere non prohibetur. PP. 2. Kal. Maji, AA. CONSS. 290.

Servus tutor vel curator non datur.

7. Iidem AA. & CC. Rufo.

IN servili [35] conditione constitutum tutorem, [vel curatorem] a præside [36] dari non posse, nullam habet juris dubitationem. S. 2. Non. Jul. *Philippopoli*, AA. CONSS. 290.

De creditore pupilli.

8. Iidem AA. & CC. Euelpisto.

CReditorem [37] debitoribus [38] tutorem datum, non tantum petitionem non amittere, sed etiam ipsum sibi posse solvere [39], non ambigitur. PP. 5. Non. Jul. CC. CONSS. 293.

De creditore vel debitore ejus qui in curatione est.

IN AUTHENT. ut hi qui ob. se ha. per. §. sed & si quis. col. 6. tit. 1. al. 2. Nov. 72. cap. 2.

MInoris [40] debitor [41], vel is cui minor tenetur [42], aut qui minoris res tenet, a curatione prohibetur. Nam & ante curator [43], si minoris creditor efficiatur, non sine adjuncto curatore administrabit. Hoc autem ab initio vel probet, vel juret se credere minorem obligatum, vel res ejus habere. Nam si taceat, actionis sustinebit jactu-ram. Item si debitor taceat: nec redhibitione, nec alia tempore curationis solutione juvabitur. Sed si actionis cessionem [44] adversus minorem susceperit, nec post curam quidem depositam ea permittitur uti: nec is qui cesserit, agere debet: cum in legem commiserit, licet cesso pro justis causis facta sit, sed minor lucrabitur. His valentibus in omni cura prodigorum forte, aut furiosorum, aut dementium, & omnium quas introducunt leges.

Tutorem habenti tutor non datur.

9. Iidem AA. & CC. Maximiano.

SI fororis tuæ filiis tutore legitimo patruo constituto, nec ullo excusato privilegio, tutor datus es: cum habenti [45] tutorem alium dari jura prohibeant: necessitatem administrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur. S. 3. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De habente curatorem.

10. Iidem AA. & CC. Florentino [militi] [46].

CUratorem [47] habenti neque adjungi nisi [48] causa cognita, neque in locum ejus alium substitui, nisi ante priore remoto, ambigui

---

1 Huc pertinet *l.* 2. *J. h. t. l.* 7. §. 6. *verf. sed si. J. de curatore furiosi. Nov.* 22. *c.* 40. *in fin.*

2 Clarissimarum personarum appellatione intelliguntur plerumque tres Senatorum ordines, illustres, spectabiles & clarissimi, ut *l.* 5. *J. quando mulier tut.* Elt enim hi aliquando. J. G.

3 Illustris præf. & his scripsit in *l.* 2. *fin. Theod. tutor. & curat.*

4 *d. verf. sed si. l.* 2. *in fin. J.* 29 Miles armatæ militiæ, neque tutor, neque curator dari potest. §. 14. *Instit. de excusfationibus.* adde *l.* 8. *ff. de excusf. tutor.* procurator. *l.* 21. *ff. de locato. l.* 8. *J. de legatis.* 5. Harm. 11. §. 30. Quid si errore ductus res administravererit? negotiorum gestorum actione convenitur. *Synopf. Basil.* 37. *tit.* 7. *ex tit.* 5. *cap.* 53.

6 Præfectus urbis Principes erant senatus. Cæterum hoc primus capite legis agitur de tutoribus creandis in urbe, ut & *J. in fin.* in provinciis. 30 Pro tutore qui negotia gesfit, etiam negotiorum gestorum actione convenitri potest. Paul. 1. *sent.* 4. §. *ult. l.* 1. *in fin.* 3. *de teft. man. tut. l.* 6. *fupr. l.* 3. 8. 10. *ff. de negot.*

7 Liberum judicium hic Baldus interpretatur rationibus reddendis non obnoxium: unde mox sequitur expertes damni: & post, remoti a metu.

8 Plures tutores & curatores dari possunt, unus ubi sufficere non potest.

9 Græcis πρόεδροι, & πρόκριτοι dicuntur, qui ita plures eliguntur.

10 Idem fit in Episcopo creando. *Novell.* 123. *cap.* 1. *l.* 42. 3. *de Epifc. & Cler.* Sic & apud Cornel. Tacitum 4. *Annal.* Patricii tres nominabantur, ex queis unus Flamen dialis eligebatur. adde *l.* 2. *ff. de teft man.* tut. quanquam & co casu tutori dato competit excusatio. *l.* 11. *J. de excusfat. tutor.*

11 Ordo hic in tutore servatur, eligitur, confirmatur, decernitur ei administratio: quem adeo præcise servandum post Accursium putat Baldus, ut is ordo nisi servetur inutilis fit tutoris datio.

12 Hoc lex agit de clarissimis, ut & *l.* 2. *J. de illuftribus.* qui & nobiles. *l. ult.* 9. 6. *verf. Sed fi quidem nobiles. J. de curator. furiofi.* Is tutores & curatores clarissimis, hoc est, nobilibus in urbe fic constituunt. Si nulli fint teftamentarii vel legitimi, ex qu qui ntinque ordine senatorio, vel equestri sumuntur ab illustri præfecto urbi qui est Princeps senatus adhibitis in consilium decem senatoribus & prætore tutelari: plures nominantur: deinde unus idoneus pronunciatur feuntentis præfecti urbi: ut ille postea solemniter detur, decernatur, prodatur, inauguretur, confirmetur audore prætore tutelari: atque ita sententia præfecti præcedit decretum prætoris. *l. ult. J. de magiftr. conveniend. l. tutoris.* 6. *D. de confirm. tut.*

13 *L.* 6. *J. tit. prox.*

14 *L.* 6. *J. de in jus vocando.*

15 In provincia clarissimis tutores vel procuratores dantur & nominantur a præsidibus decreto decurionum, & eorum periculo qui assumit.

16 Senatus est, ut ii tantum, qui curiæ civitatis fuæ obstricti non sunt, tutores dentur illustrium senatorum liberis impuberibus sui juris.

17 De illustrium tutoribus vel curatoribus.

18 Nec enim omnium judicum est tutores dare: vide *Lib.* 26. *tit.* 5. *D. de tutoribus & curatoribus datis. l.* 7. *in fin. D. de confirm. tut.*

19 *Subaudi*, quibuscunque: aliis ramen ab illustribus & clarissimis, de quibus dictum est titulo superiore. ad hanc quæstionem feminarum dictum est alias in *l.* 3. *fupr. de legitim. tut. & ad Ulpian.* 11. §. 11. adde Cujac. 7. *obf.* 11. adde quædam ex *l.* 2. *fupr. de procurat.*

20 *L.* 1. *D. de tutorib. datis.* 21 Id est, quotutor. §. 19. *Inftit. de excusfat. tutor.* puta furiosæ. *l.* 14. *D. de curatoribus furiofi.*

22 Vid. *l.* 17. *D. de tutorib. datis.* 23 Id est, quo minus: Cujacius its interpretatur, uti scripsi *ad l.* 7. *D. pro emptore.* 24 De tutela fœminarum dictum est alias in *l.* 3. *fupr. de legitim. tut. & ad Ulpian.* 11. §. 11. adde Cujac. 7. *obf.* 11. adde quædam ex *l.* 2. *fupr. de procurat.*

25 *L.* 3. *D. de excusfationibus tutorum.* §. 19. *Inftit. de excusfat. tutor.* puta furiosæ. *l.* 14. *D. de curatoribus furiofi.*

26 Quia si vir male gereret, tacite mulier ei negligentiam remitteret.

27 Oculo utroque orbatus curator esse non potest. *l. ult. J. qui morbo.* unq potest. *l.* 9 *J. de excusfat. tutor.*

28 Est qui restituit, *habere.* Neque enim cæcus curator esse probibetur, aut tutor, fed fi velit tantum excusationem habet. *l. nec. J. qui morbo. & l. fupr. fuperjam.*

juris non est: te quoque abfuturum [1], damni, quod medio tempore negotiis pupillaribus contigit, esse succedaneum: cum actorem periculo [2] tuo constituere debueras: nec jure Magistratum in absentia tua alium creasse certum est. PP. 3. Kalend. April. CC. CONSS. 294.

De litibus.

11. Impp. CONSTANS A. & CONSTANTIN. C. ad Bassum Præfectum urbi.

IN universis [4] litibus [5] placet non prius puberem justam habere personam, nisi interpolito decreto, aut administrandi patrimonii gratia, aut [6] in litem fuerit curator datus: ut juxta præcedentia nostræ pietatis statuta legitime initiatæ litis agitata in judiciis controversia finiatur. Dat. 3. Id. Octob. *Aquilejæ*, CONSTANT. A. & LICINIO CONSS. 311.

12. Imppp. VALENTINIAN. GRATIAN. & THEOD. AAA. Eutropio.

CUrator adolescenti ordinatus, post inchoatam litem non potest sub [7] prætextu specialis curatoris a se nominati, aut litem contestatam deferere, aut ab administratione se subtrahere. Dat. 4. Kal. Octob. *Constantinop.* EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De Principis colono aliisque privilegium habentibus.

13. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio Præfecto urbi.

NE magistratuum ulterius procedat licentia: plenius designamus, ne patrimonialem [8] colonum, sive alium, qui privilegio [9] ab hac nuncupatione defenditur, tutelæ muneris astringat officium. Dat. * MONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

TIT. XXXV.

QUANDO [10] MULIER TUTELÆ OFFICIO FUNGI POTEST.

Mulier de jure communi non potest tutelæ officio fungi. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Otaciliæ.

TUtelam administrare virile [11] munus est [12], & ultra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est. PP. 10. Kal. Octobr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P.

MAtres [13] quæ amissis viris tutelam administrandorum negotiorum in liberos postulant, priusquam confirmatio officii talis in eas jure eveniat, fateantur actis [sacramento præstito [14]], *ad alias nuptias se non venire.* † Sane in optione hujuscemodi nulla cogatur, sed libera in conditiones quas præstituimus, voluntate defendat: nam si malunt alia optare matrimonia, tutelam administrare non debent. † Sed ne sit facilis in eas post tutelam jure susceptam irruptio, bona ejus primitus qui tutelam gerentis affectaverit nuptias in obligationem [15] venire, & teneri obnoxia rationibus parvulorum præcipimus: ne quid incuria, ne quid fraude depereat. † His illud adjungimus, ut mulier si ætate major est, tunc demum petendæ tutelæ jus habeat, cum tutor, [vel testamentarius vel] legitimus [16] defuerit, vel privilegio a tutela excusetur, vel suspecti genere summoveatur, vel ne suis quidem pro animi aut corporis valetudine administrandis facultatibus idoneus inveniatur. † Quod si fœminæ tutelas refugerint, & præoptaverint nuptias: tunc demum Vir Illustris Præfectus urbi [17], accito Prætore qui impertiendis tutoribus præsidet, sive Judices, qui in provinciis jura restituunt, de alio ordine per inquisitionem dari minoribus defensores jubebunt. Dat. 12. Kal. Februar. *Mediolani*, VALENTINIANO A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

In AUTHENT. de hered. ab intest. §. ex his. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 5.

MAtri [18] *& aviæ* [19] *secundum* [20] *ordinem tutelam* [21] *etiam antè agnatos subire permittimus, si* [22] *inter gesta nuptiis alii, & Senatusconsulti Velleiani auxilio renuntiaverit: solis testamentariis tutoribus ea præcedentibus, legitimis* [23] *& dativis postpositis. Desiderii namque voluntatem præponi volumus. Præter has autem aliis mulieribus interdicimus officium tutelæ subire.*

In AUTHENT. ut sine prohibit. mat. debit. §. propterea igitur. col. 7. tit. 6. al. 4. Novell. 94. cap. 2.

SAcramentum quidem non [24] *exigitur, sed contractis secundis nuptiis expelli eam a tutela convenit: salva minoribus omni alia (prout juris est) cautela.*

In AUTHENT. col. & const. ut supra.

AD hæc, & si debitum inter ipsam & filios quoquomodo vertitur, tutela materna non ideo minus admittitur debito [25] *in sua natura durante. Potest etiam mater naturalium filiorum tutelam agere, omnia* [26] *agens quæcunque in legitimis definita sunt filiis.*

3. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

SI pater secundum nostram constitutionem naturalibus [27] liberis in his rebus, quæ ab eo in eos profectæ sunt, tutorem non reliquerit, mater autem voluerit eorum (sive masculi sint, sive fœminæ) subire tutelam, ad exemplum legitimæ sobolis liceat ei hoc facere, quatenus actis sub competenti Judice intervenientibus, juramentum antea præstet, quod ad nuptias non perveniat, sed pudicitiam suam intactam conservet, & renunciet [28] *senatusconsulti Velleiani præsidio, omnique* [29] *alio legitimo auxilio*, suamque substantiam supponat: & ita filiorum suorum vel filiarum naturalium tutricem [eam] existere fancimus. Omnibus quæ pro matribus & liberis earum ex legitimo matrimonio progenitis, divalibus constitutionibus cauta sunt, in hujusmodi matribus observandis. Si enim in filiis justis, in quibus & testamentariæ & legitimæ sunt tutelæ, & tamen matribus, his deficientibus, ad providentiam filiorum suorum venire concedimur, multo magis in his casibus ubi legitima tutela evanescit, faltem aliis eis dare humanissimum est. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXXVI.

IN [30] QUIBUS [31] CASIBUS [32] TUTOREM [33], VEL CURATOREM [34] HABENTI TUTOR VEL CURATOR DARI POTEST.

De absentia & reversione tutoris.

1. Imp. ANTONINUS A. Tiberiano & Rufo.

SI in [35] locum ejus tutoris ad tempus dati ejus, qui Reipublicæ [36] causa aberat, isque jam finito munere quod ei injunctum est, abesse desiit [37]: quin ad ejus officium curamque pertineant negotia pupillæ ambigere non debetis. Sed consultius feceritis, si præfidem provinciæ virum clarissimum adieritis, ut is ad administrationem tutelæ compellatur. PP. 8. Kal. Aug. ANTONINO A. & BALBINO CONSS. 214.

De curatore dato impuberi.

2. Imp. ALEXANDER A. Valentiniano.

POtuit quidem & debuit competens judex in locum excusati [38] tutoris, licet pupillus alios quoscunque haberet tutores, curatorem [39] dare. Quamvis autem curator cum aliis in locum excusati tutoris substitutus sis: tamen periculo administrationis ultra pubertatis [40] tempora non adstringeris. PP. 5. Id. Jun. MODESTINO & PROBO CONSS. 229.

De curatore tutori adjungendo.

3. Idem A. Hylæ.

PRopter [41] late diffusum, id est, in diversis locis constitutum patrimonium, vel quod solus administrationi non sufficias, an tibi tutelam administranti adjungi aliquos curatores oporteat, præses provinciæ, si te non sufficientem deprehenderit, æstimabit. PP. 8. Id. Decemb. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De tutore suspecto, vel excusato vel defuncto, vel relegato.

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Euplojo.

LIcet tutorem [42] habenti tutor dari non potest [43]: tamen certis [44] ex causis alius idoneus substituti sententia competentis Judicis fo-

1 Hæc lex intelligenda est de absente sui negotii, non reipublicæ causa. Nam absens reipublicæ causa periculo meditimoris non astringitur. *J. si tutor vel curator Reipublicæ caus. aber.* cum in locum ejus alius tutor detur. l. 12. *ff. de tutelis.* in locum absentis ex alia causa, neque tutor, neque curator datur. l. 11. *ff. de tutorib. & curatorib. datis.* quatenus in ea fuerit, id est, abfuerit. vid. Cujac. d. lec. 2 l. un. *J. de actore a tutore.*

3 Constantinus A. *C. Theod. de tut. & curat. erand.* 4 Exceptis momentaria possessione. l. *ult. supr. qui legitimam personam.* 5 Minori datur curator ad lites, alioquin legitimam personam in judicio standi non sustinet. 6 l. 4. *supr. si adversf. rem judic.* l. 2. 3. *qui legitimam personam.* l. 45. *in fin. ff. de re judicata.* 7 Generalis curator a lite desistere propter specialem curatorem datum ad lites non debet. *Bart.*

8 Principis colonus vel alius privilegiatus tutor dari non potest, vid. l. 8. *J. de excusat. tutor.* 9 Ut milites. l. 4. *supr. h. t.*

10 *Novell.* 94. *Novell.* 118. *cap.* 5. hoc autem adjectum videtur, quoniam ipse mulieres olim perpetua tutela aut potestate viri continebantur, dixi ad leges 12. tabul. 11. l. 16. *ff. de tut.* 12 Regula est generalis quæ exceptiones admittit: olim ita usitata, ut vel a judice, l. 23 *ff. de tutoribus datis.* vel patris testamento matri liberorum tutela inutiliter mandaretur. l. 26. *ff. de testam. tut.* 13 *Nov.* 94. *c.* 1. Hodie extensum id est ad avias. *Authent. Matri & aviæ. J. h. t.* 14 Hodie remissum hoc est. *Auth. Sacramentum. J.* 15 Mater si contra jurisjurandi fidem iterum nubit non rediditis rationibus nec petito alio tutore, filii habent tacitam hypothecam, tam in vitrici, quam in matris bonis. idde l. 6. *J. in quibus causis pign. vel hypoth.* 16 Id hodie abrogatur: præferuntur enim matres & aviæ tutoribus datis & legitimis. *Authent. Matri & aviæ. J. h. t.* 17 l. 1. *supr. de tut. illustr.* 18 Tutelam filiorum matres sine ullo impedimento gerere possunt, verum simul atque ad secundas nuptias transierint, pelluntur a tutela. S. Harm. 11. §. 34. 19 Ampliatur lex *in pr. supr. eodem* ad avias. 20 Mater præfertur aviæ in tutela liberorum administranda, utpote propinquior.

21 In tutela liberorum gerenda mater præfertur quibuscunque adgnatis liberorum. 22 Tutelam liberorum gerere matri, & aviæ licet, dum Senatusconsulto Velleiano, & fecundis nuptiis renuncient, *ut hic.* 1. Harmen. l. 6. 27. verum novo jure secundis nuptiis renunciare non coguntur: cum tacite ipsis fecundis nuptiis a tutela removeantur. *Authent. prox.* 23 Derogatur legi 2. *verf. Hirtilla.* hic: *vel legitima defuerian. S. eod.* 24 Derogatur legi 2. *in princ. ibi: sacramento præstito. S. eod. & Novell.* 22. *c.* 40. Goth. Textum dijudab. 25 Exceptio ad l. 8. *J. in quib. caus.* Rittershusius *in expofit. Novell. part.* 8. *c.* 2. Aul. 25 Exceptio ad l. 8. *J. tit. prox.* 26 Pitii ut inventarium faciat. l. 24. *J. de admin. tut.* 27 Naturalibus etiam liberis matres pollunt esse tutrices. *l. ult. J. de confirmando tutore.* 28 Mater tutelam liberorum affectans, renunciare Velleiano cogitur. *Nov.* 118. *cap.* 5. In Gallia locum idnon habet; & ita placito Senatus Burdegalensis decretum, anno 1421. Julii 26. uti Bignonius *in legibus abrogatis* refert.

29 Renunciationem quæ fit omni legum auxilio & juri introducto in favorem sexus obtinet aliquod beneficium in prajudicium pupillorum. Quid si talis renunciatio fuerit omissa? Baldus in *Authent. Matri & aviæ. supr. eod.* negat valere decretum interpositum super tutela matris & aviæ: nec eas præsumi renunciasse, ideoque juvari juris ignorantia. *l. ult. supr. de juris & facti.* quod paulo videtur durius: Æquiores existimo, quibus id placet, mulieres tutelam fuscipiendo tacite videri suprascitis juribus renunciasse: fed & eas omnes præsumisse quibus ad tutelam se veniunt, facit l. 27. *ff. de adquir. vel amitt. possed.* l. 30. *ff. de verb. oblig.* Addit Rolandus a Valle *t. 2. cons.* 13. *num.* 6. & *sequent.* ad 22. a multis exiftimari; ex clausula (qua videlicet renunciamus omni juris legumque auxilio) videri renunciatum l. 6. & 12. *ff. de transact.* de non vitis & cognitis verbis testamenti quam tamen opinionem non probat, *num.* 26. ad hæc beneficio juris municipalis, item beneficio ne in folidum conveniantur, beneficio inventarii, cedendarum, excutiendi, ordinis, divifionis, beneficio non abstrahendi de domo, revocandæ donationis ob mutatam inlinuationem, beneficio non incarcerandi, fimulationis. Ad hæc tolli purgationem more, conductori denegari remissionem occasione belli superveniendi. Denique his & similibus renunciatum videri. *Gosb.* Vid. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 157. Ant.

30 Tutorem habenti cur non omnibus casibus tutor dari possit, dicam *J. h. t.*

31 Die in locum absentis Reipubl. causa, l. 1. *J. h. t.* excusati, l. 2. *J. h. t.* suspecti, removoti, defuncti, relegati, l. 4. *J. h. t.* 32 Casus, tutorem habenti tutor vel curator dari potest. ut l. 4. *J. h. t.* 33 l. 1. l. 2. & l. 4. *J. h. t.* l. 9. *J. qui petant tut.* l. 9. *supr. qui dare tutor.* 34 l. 8. *ff. l.* 5. *J. h. t.* l. 10. *supr. qui dare.* l. 20. *in fin. ff. de tutorib. datis.*

35 In locum absentis reipublicæ causa, licetis tutor esse non desinat, alius tutor dari potest. hæc lex exceptio est ad l. 4. *J. h. t.* 36 l. 12. *ff. de tut.* l. 11. *in fin. ff. de tutor. dat. ab his.* l. 3. & 10. *ff. de suspectis.* l. 45. *ff. de excusationib. ff. de tut. & curat. distribend.* 37 Curator in locum datus absentis eo reverso, seu finita absentia, deponit officium, fecit l. 14. §. 1. *ff. de tutelis.* 38 In locum tutoris excusati potest curator dari. l. 4. *in fin. J. h. t.* l. 11. §. 1. l. 28. *ff. de test. tut.* Ripian. 11. §. 23. & hæc vox exceptio est ad l. 4. *J. h. t.* 39 Imo tutorem ex Senatusconsulto dari oportuit. l. *si quis sub condition.* 11. *ff. de test. tut.* Die, curatorem huic tutelæ esse tutoris: cum ultra pubertatem non duret hæc lege. Unde tutelæ, sive curatoris autem nullo fit potestas in personam? 40 l. 1. *J. qui petant tutores vel curatores.* l. 25. *ff. de tutoribus datis. princ. Instit. quibus modis tutela finitur.*

41 Propter diffusum patrimonium tutori curator adjungi potest. Hæc lex excepto est ad l. 4. *J. h. t.* l. 11. *in fin. J. de excusf. tutor.* 42 l. 9. *supr. qui petant tutores.* l. 9. *supr. qui dare tutor.* Paul. 4. *sententi.* 13. §. 2. 43 Curatorem habenti potest. l. 20. *in fin. ff. de tutor. & curator. datis.* Cur tam varie? An quia dutio tutoris est ex inquisitione, quæ decreto [actus] sit an legitimi [vel peraquntur, nec iteruntur? An quod pupillus in tutoris potestate sit, & nemo possit in duorum potestate esse: ita ut sit potestas cujusque in solidum, nisi pro uno habeantur, ut cum sunt conjunctim dati duo, pluresve, curatoris autem nullo fit potestas in personam?

44 Tutorem habenti certis ex causis alius substituti a judice potest: puta in locum absentis reipublicæ causa. l. 1. excusati propter diffusum patrimonium. l. 2. 3. *supr. h. t.* rerum aliarum. l. 21. *in fin. ff. de excusat.* In locum furdi, muti, furiosi. l. 17. *ff. de tutelis.* adde & casum l. 15. *ff. de tut. & alium ex l.* 17. *in fin. ff. de appellationibus.*

let in locum suspecti [1], qui convictus ac remotus [2] est, & in locum excusati [3], vel defuncti [4], vel relegati [5] tutoris. PP. Idib. Mart. SECULARI II. & DONATO CONSS. 261.

De curatore tutori adjuncto.

5. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. & CC. Zenoni.

CUm ob augmentum [6] facultatum curatores adjungi [7] soleant, non prius dati tutores [ab] administratione eorum liberantur. Sane si ejus qui administravit, tempore finitæ tutelæ fuit solvendo [8]: fecuti temporis periculum ad te pertinere non [9] potuisse manifestum est. Dat. 3. Kalend. April. CC. CONSS. 293.

TIT. XXXVII.

DE ADMINISTRATIONE [10] TUTORUM VEL CURATORUM, ET [11] PECUNIA PUPILLARI FOENERANDA, VEL DEPONENDA.

De pecunia pupilli vel minoris.

In AUTHENT. ut hi qui oblig. se hab. §. quoniam. col. 6. tit. 1. al. 2. Novell. 72. cap. 6.

NOvissime [12] *cautum est, a curatore pecuniam pupillarem non esse fœnerandam: Quod si fecerit, mutui subjacebit periculo: nisi mobilis sit ejus substantia cujus cura administratur: tunc enim curator illud solum mutuare cogetur, quod ad dispensationem sufficiet adolescentis, ejusque rebus: quod vero plus est, caute reconditur: vel nisi ex necessitate hoc fecerit, veluti propter expensas in pupillum faciendas.*

Curatorem non teneri pro tutoribus præcedentibus.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Modesto.

FRustra times administrare res adolescentis, cujus curator es, ne ex hoc aliquis existimet commune periculum prioris temporis te recepisse, sed ea quæ agenda putas age: & (quod magis interest [13] omnium partium) insta: ut Judex inter [14] te, & tutores datus [15], quamprimum partibus suis fungatur. PP. 12. Kal. Octob. ALBINO, & ÆMILIANO CONSS. 207.

Curatorem administratione durante a collega non conveniri.

2. Idem AA. Timoni & Elpidophoro.

ADversus curatorem adolescentis cui collegæ [16] dati estis, quamdiu administratio communis durat, exerceri judicium non potest. PP. 2. Kal. Maji, APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De sumptibus.

3. Imp. ANTONINUS A. Eumoso.

SUmptus [17] in pupillum tuum necessario [18], & ex justis honestisque causis Judici qui super ea re cognaturus est si probabuntur [19] (facti) accepto ferentur: etiamsi [20] Prætoris decretum de dandis eis non sit interpositum. Id namque quod [21] a tutoribus sive curatoribus bona fide erogatur, potius justitia [22] quam aliena auctoritate firmatur. 14. Kal. Septemb. DUOBUS & ASPERIS CONSS. 213.

De liberto tutore.

4. Idem A. Proculæ.

NIsi eam pecuniam, quam constiterit libertum [23] paternum tutorem filiæ tuæ rationi ejus debere, vel depositurit [24], vel in prædiorum comparationem converterit, remittitur ad Præfectum Urbi, secundum ea quæ constituta sunt arbitrio ejus puniendus. PP. 12. Kalend. Octobr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De rationibus condemnatis.

5. Idem A. Rufino.

FRustra tutores quondam adolescentium quorum curam administras, judicatum [facere] detrectant, cum exacta pecunia possit auctoritate Præsidis in depositi [25] causam haberi. PP. Kalend. Jun. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De calumniosis actionibus non intentandis.

6. Imp. ALEXANDER A. Paconio.

NOn est ignotum, tutores vel curatores [adolescentum], si nomine pupillorum vel adultorum scientes calumniosas [26] instituant actiones, eo nomine condemnari oportere: ne sub prætextu [27] nominis eorum propter suas simultates fecure [28] lites suas exercere posse existiment [29]. PP. 6. Idib. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De forma alienandi testamento data.

7. Idem A. Valerio.

TUtelam pupillorum tuorum sic administrare debes, ne ædificium quod his relictum est, contra formam [30] alienandi testamento datam vendas. PP. 6. Idib. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De curatore qui non administravit.

8. Idem A. Aprili.

ETsi scisses [31] te curatorem datum nec administrasse: cæteris curatoribus, & administrationem peragentibus, & sufficientibus [32] damno præstando, contra te actio dari non potest. Sin [33] autem nescisses [34] te curatorem datum, etiamsi solvendo cæteri non sint, damni periculum ad te non redundat. PP. 7. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De dote constituenda.

9. Idem A. Inclytæ.

SI curatores habes, hique dotare [35] te bonis tuis [36] cessant: adito Præside provinciæ impetrabis, ut quod moderatum [37] est honestæ personæ, præstare cogantur. PP. 17. Kal. Maji, AGRICOLA & CLEMENT. CONSS. 231.

De liberto curatore.

10. Idem A. Rufinæ.

SI liberti [38] ejusdemque curatoris culpa, vel fraude ratio vestra læsa sit: farciri damnum ab eo qui dedit, Præses provinciæ curabit: Non dubitaturus etiam graviorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. 2. Kal. Aug. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De tutore qui non appellavit, vel appellationem non prosecutus est.

11. Imp. GORDIANUS A. Cæcilio.

SI bonam [39] causam ea, cujus tutor es, habuit, & adversus latam sententiam non [40] appellasti, seu post appellationem provocationis solemnia implere cessaveris, tutelæ judicio indemnitatem pupillæ præstare debes. PP. Id. August. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De fraude tutorum, de negligentia curatorum, de fœmina minore viginti quinque annis.

12. Idem A. Octavianæ.

DE his, quæ in fraudem administrationis a tutore gesta, vel negligenter acta a curatoribus eorum, quibus successisti, allegas, agere debes: si modo annos legitimæ ætatis implesti. Neque [enim] ignoras non [41] multum patrocinari fœcunditatem liberorum fœminis ad rerum suarum administrationem, si intra ætatem legitimam sint constitutæ. PP. 3. Non. Octob. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Satisdatio de rato.

13. Idem A. Longino.

TUtores debita pupillaria, seu deposita reposcentes, ad satisdationem [42] compelli non posse, manifestum est. PP. 8. Kal. Maji, ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De rationibus reddendis.

14. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Clementi.

RAtiones [43] curæ [44] administratæ ante impletum quinum & vicesimum annum durante [45] officio posci jure non posse, manifestum est [46]. PP. Prid. Non. August. PHILIPPO A. II. [47] & TITIANO CONSS. 249.

De eo, qui signavit ut curator.

15. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Licinio.

SI non subscripsisti [48] quasi fidejussor: frustra vereris, ne ex ea intercessione qua signasti ut curator [49], olim liberatus (ut affirmas) sententia Præsidis, ex officio curatoris conveniri possis. PP. Prid. Non. Mart. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

1 Vide l. ult. §. 10. *J. de curatore furios.* 2 l. 2. *supr. h. t.* 3 l. 11. §. 1. *ff. de testam. tut.* 4 l. 3. *supr. qui petant tutores.* 5 Relegatio excusationis species. d. l. 3. l. 11. *in fin.* l. 3. §. 9. *ff. de leg. tut.* Cujacius eminuavit *deportati.* nisi forte vox *legati* hic accipienda sit pro *Deportati.* Cujacius ad l. 8. 9. *ff. de excus. tutor.* ab ea tamen enumeratione difficili. idde Paul. 2. *sentent.* 25. §. 8.

6 Propter auctas pupilli facultates tutori curator folet adjungi. l. 9. *in fin. ff. de administr. & peric. tutor.* 7 Alius licet tutor adjungatur, prior non liberatur. 8 l. 39. §. 16. *ff. de administr. & peric. tutor.* 9 Cur ita? colligo ex l. 1. *in fin. J. de divisionda tut.*

10 l. 26. *D.* 7. & 3. *C. Theod.* 19. *Novell.* 72. *cap.* 6. 87. 11 Tutorum administrationis partes sunt hæ: inventarium facere: pecuniam otiosam ad proximum rusticorum emptionem deponere: si prædia nulla occurrunt emenda, fœnerari: cæteras res diligenter custodire: in judicio pupillos suos & admitos defendere. 12 Id est, ex *Novell.* 72. *cap.* 6. Goth. Vid. Rittershus *in expos. Nov. part.* 8. *cap.* 6. & *not. ad l.* 37. 9. 1. *ff. de negot. gest. Ant.* 13 Adde l. *cum Stichus.* 29. *ff. de solution.* 14 Curator adulti pro tutoribus antecedentibus non tenetur, nisi negligentia in exigendo possit eis imputari. vide J. *quando ex facto tutori.* 15 Datos. 16 Plures cum tutelam gerunt, alter in alterum *in* is agit, ut universalis administrationis ratio reddatur. l. 12. l. 18. §. 20. *in fin. ff. h. t.* Pro universali curatione non potest agi; nisi finito officio. Baid. vide Cujac. 17. *obf.* 7. *in fin.* 17 l. 33. *in fin. ff. h. t.* Potestne tutor filarium exigere? potest. d. l. 33. *in fin.* vide Wurmf. 1. *praet.* 35. *cap.* 11. 18 Puta in alimenta. l. 2. *J. de aliment. pupill.* 19 Probare sumptus debet is, qui sumptus fe fecisse ait. facit l. *si pars pro redemptione.* 26. *in fin. pr. J. de donat.* l. 1. §. 5. *ff. de tutela & ration. distrab.* 20 Nim expedit quodcunque non interponi. d. l. 2. 21 Naturali sultitia quod confirmatur, non eget alia confirmatione. *Baid.* 22 Probatione alia non indigent que naturali justitia confirmantur. l. 3. 6. 7. *ff. de cond. causa data.* l. 13. 8. 7. *ff. de excusat. tutor.* 23 l. 10. *J. h. t.*

24 Tutor debitor pupilli pecuniam debitam pupillo deponere debet ad prædiorum comparationem. Minus eft depositile, quam comparabis: alternum tamen exigitur, *ut hic:* adde l. 6. §. 4. *ff. h. t.* 25 Summa liquida non potest tuto solvi minori propter metum restitutionis. l. 1. *supr. ff. adverf. solut.* Non tamen eo prætextu potest tutor aut alius debitor pupilli, vel minoris pecuniam penes se retinere. Cogitur enim pecuniam deponere vel consignare. l. 5. l. 7. §. 7. *ff. h. t.* l. 73. *in fin. ff. de procur. & cognit.* l. 56. §. 1. *ff. mandati.* l. 61. *ff. de solutionibus.* vide Mollinæum *de usur. quæst.* 39. *num.* 298. 26 Tutor calumniam, vel suspiciones caveam actionem intendens, proprio nomine obligatur. l. 9. §. 6. *in fin. ff. h. t.* l. 7. §. 2. *in fin. ff. de leg.* 2. bonam movere cogitur & appellare. l. 11. *J. h. t.* 27 Prætextu officii calumniam committi non oportet. 28 Securi. 29 Existimentur. 30 Cautela formam datam a testatore non debet tutor rem pupilli vendere. l. *ult. supr. de rebus alienis.* Imo potest vendere, & ea in re patris præcipuum negligere. l. 5. §. 9. *ff. h. t.* 31 Scienstse tutorem, de negligita tutela tenetur, si gerens solvendo non sit. l. 3. *J. de divisd. tut.* l. 4. §. 3. *ff. rem pupill. falso.* adde l. 19. *J. h. t.* 32 Exceptio excussionis tutori vel curatori qui non gessit, adversus eum qui gessit competit. 33 Ignorans se tutorem, tutelæ non tenetur. 34 Vide l. 5. *J. de periculo tut.* 35 Dotem fibi conflitui, & eo nomine adversus curatores morum committentes agere adulta: sed & officium fuper ea re judicis implorare potest. facit l. 12. *ff. h. t.* l. 4. *J. ff.* 37 d. l. 43. l. 60. *ff. de jure dot.* l. 22. §. 4. *ff. ad SC. Trebell.* 38 Libertus male administ ans removetur a tutela, eaque privatur. l. 4. 3. *h. t.* 39 Cui contraria eft calumniosa, & supervacua. l. 6. *supr. h. t.* 40 Datur in bona causa cogitur appellare, & oppellationem profequi, alioquin litis nomine tenetur. Eft enim officium tutoris utilia non prætermittere, inutilia non admittere. l. 27. 3. *de epi cop. and.* 41 Defectus ætatis non fuppletur numero liberorum. l. 2. *supr. dero. tempor. restit. l.* 28 *fin. supr. qui & adverf. quos.* l. 2. *ff. de minor.* 42 Tutor agens pupilli nomine non tenetur cavere de rato. l. 23. *ff. h. t.* 43 Rationes a curatore an. quam 25. annum minor expleverit, non exigentur tantisper dum curator gerit. S. Harm. 11. §. 35.

44 Curator tenetur ad rationes reddendas, ut & quivis alienam administrationem fuscipiens. vid. Rol. a Valle 1. *cons.* 49. 45 l. 2. *supr. n. t.* 46 Imo non eft manifestum, sed fallum. l. 4. *in fin. h. t.* 16. *in fin. ff. de tut. & ration.* Goth. Vid. l. 9. §. 4. *ff. de tut. & rat. Aul.* 47 Ter. l. 48 Vid. que dixi ad l. 15. *supr. ff. cert. per.* 49 De eo quod quis facit ut tutor vel curator, vel procurator, vel gestor alterius, suo nomine convenitur non potest. l. *ult. ff. de regil. act.* Vid. Wurmf. 1. *pract.* 39. *c.* 10.